Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tum. Hospes eram et non collegistis me nud eram et non
operuistis me infirmus et in carcere et non visitastis
me. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes. Domine
quando te vidimus esurientem aut sitientem aut hospi-
tem aut nudum aut infirmum vel in carcere et non mi-
nistravimus tibi. Tunc respondebit illis dicens. Amen
dico vobis: quamdiu non fecistis vni de minoribus his
nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum
iusti autem in vitam æternam Off. Recita oculos meos et con-
siderabo mirabilia tua domine ut docas me iustitiam tuam da mi-
hi intellectum vt discam mandata tua Sec. Accepta sit do-
mine nobis deuotionis oblatio que et reuerentiam no-
stram te oportet sanctificet et indulgentiam nobis
tue consolationis obtineat. Pcon. Voce mea ad do-
minum clamaui et exaudiuit me de monte sancto suo non timebo
milia populi circumdantis me Compl. Salutaris tui domine
nobis sacrati supplices exoramus. vt cuius beati
gaudia sempiterna speramus effectu. Sup populum. Absolue
quesumus domine nostrorum vincula peccatorum. et quorum pro eis nos
uimus precatus auxe. Fia Terca Offertorium missae
Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie
a seculo et in seculum tu es Pro populo mones sicut aut
formatur tibi et debis Dno. Sexagesima Secreta.
Respice domine familiam tuam. et pia ut apud te
meritis nostra tuo desiderio fulgeat que se carnis
maceratione castigat. Per Dno Ysaie prophete
In diebus illis. Locutus est ysaias propheta dicens. Quæ-
rite dominum dum inueniri potest inuocate eum dum
prope est. Derelinquat impius viam suam et vir in-
iquus cogitationes suas et reuertatur ad dominum et mi-
serebitur eius et ad deum nostrum quoniam multus est ad